

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Huswedelius, Phil.
pr. Prof. Ad Exequias Quae ... Virgini Dorotheae Voigts/ hodie parantur, Omnes
omnium ordinum Cives Academiae ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174480>

Druck Freier  Zugang



Huswedel, J.,

in D. Voigt

Rost. 1638.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777174480/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174480/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777174480/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174480/phys_0004)



PROGRAMMA
Quo
Rector Universitatis Rostochiensis
JOHANNES HUS-
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.
AD EXEQUIAS
Quæ
HONESTISS. VIRGINI
DOROTHEÆ
VOCES/
hodie parantur,

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos ad horam primam in templo
S. Petrino invitati.



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILI, Acad: Typogr.
Anno M. DC, XXXIX.

18

PROGRAMMA
Iohannes Hus
Wendites phil. et. Log.
at exequim

MONSTRUM. SIRGIA

DOROTHEA

FOGGAGE

hodie beatitudine

Omnes omnium ordinum Clericis Ac
Archiclericis post baptismum in templo
E. Penuino invaser



Dicit NICOLAI KATH. Auct. D. 1722
Rostochi
JAN. D. 1722



Morem Redemptor & Servator noster
somno comparat, cum de Jairi filia,
dicit, eam non esse mortuam, sed so-
mno correptam dormire. Ea in sen-
tentia fuisse etiam alios rūs legi-
mus. Porro somnus, quanto arctius dormientem
complectitur, tanto cum perfundit jucunditatem
majori. Hac de causa Poetarum principi satis non
est νύχειον dicere, adeo videlicet profundum, quise
difficulter excuti patiatur, quin eundem quoque
ἥδιον jucundissimum appelleat; immo proximè simi-
lis morti ab eodem dicitur θανάτης ἀγχίσει ευνάσ, qui
hominem totum occupavit: Alibi somnum,
τρόπου γυναικον θανάτοιο mortis fratrem facit: & quidem
διδυμάοντος ὑπονομή θανάτοιον, somnum & mortem ge-
mellos, quasi oculis ingerens eorum similitudi-
nem, quæ in gemellis maximè exprimitur. Alibi
etiam ferreum somnum χάλκεον ὑπονομή vocat, τὸν ἀρα-
δηναῖς ἵμας διδαχαῖς παιδάρεις, conatus docere, quod
nullus in mortuo sit sensus. Nec inscitè pronunci-
avit hac de re, quicunq; versiculi autor, γέντιος τὰ μηχεῖ
ταὶ θανάτοις μυστεῖαι. Exigua somnus mortis est my-
steria, quia morti per somnum initiantur morien-
tes,

tes, quod Cynico Diogeni contigisse videtur, quē
cum ante exitum vitæ somnus obruiisset, & medi-
cus exercefaciens quæreret, An gravius ei ali-
quid accidisset, respōdisse legimus. Nihil mali eve-
nisse, frater enim fratrem antevertit, somnus mor-
tem. Ut ergo Servator noster defunclam puellam
dormire dixit rectissimè, ita nos ~~reipublicam~~, dormito-
rium eadem ex causa dicimus locum, in quo mor-
tuorum corpora quiescunt. Huic dormitorio
commendabitur hodie corpus honestissimæ Vir-
ginis D O R O T H E Æ Voigts/ cui hoc postremū
honoris Christiani officium præstamus. Ea nata
est hic Rostochii ante annos præter propter trigin-
ta quatuor, ex parentibus piis & honestis, Pater
erat C A S P A R U S Voigt Secretarius & minister
nostræ Academiæ annis bene multis, Parchimo o-
riundus Megapolitanus, ubi parens ejusdem ali-
quamdiu Scholæ Rectorem egit, Mater ELISABE
Hartwigs/ filia HERMANNI Hartwigs/ qui
& ipse Academiæ Rostochiensi tuam, per an-
nos quinquaginta quinque operam præstlit, ac
deinde peracto octuagesimo quinto ætatis anno
ex vita hac æruminabili ante septennium decessit.
Sane principium hujus vitæ & in eam ingressus fa-
tis fortunatus huic virgini fuit. Quis enim non
tribuat fortunæ benignæ, sed ei, quam alias pro-
viden-

videntiam divinam dicimus, Nasci in loco
celebrato, ex parentibus honestis, & quod pri-
mum est, piis atq; Christianis. Hi enim libe-
ros ante alia omnia Christo inseri & Sacra-
mento regenerationis mundari curant, quod & huic
DOROTHEÆ divinitus datum ac dona-
tum est. Hoc igitur beneficio primum aucta
secundum quoque à sollicitis parentibus ade-
pta est, ut ingenuè ac liberaliter educeretur, mo-
ribus ad honestæ virginis ornatum ac decorum
compositis ornaretur, cæteræq; virtutis appa-
ratum, à teneris assueta, sibi compararet. Inter
cæteras vittutes, quibus operam studiose dedit,
pietatem & patientiam Christianam præcipue
exercuit, cum tres sorores, ANGELAM,
BARBARAM, ELISABETHAM, unâ cum
defunctis parentibus, mortua, curare & ad se-
pulturam efferre coacta est, licet fratres duos
eius, curæ ac officij socios habuerit, CASPA-
RUM Illustrissimo Principi Hollatiæ à secretis
Nortorpii, & HERMANNUM Ecclesiæ
Luboviensis, prope Vismariam, Pastorem. Sed
pietatis, patientiæ & similium virtutum exer-
cendarum occasionem & copiam nacta est rea-
liqua in vita longè maximam, cum à fratribus
ad suas functiones discedentibus destituta sor-

sem orphanorum haud paulo magis experiri
cogeretur. Ad Deum igitur, (quo enim se ver-
teret?) conversa, quem orphanorum esse pa-
trem didicerat, spem omnem fidemq; in eo lo-
eavit, ejus arbitrio & curæ se totam assiduis pre-
cibus commisit. In hoc exercitio currículum
vitæ pia & honesta virgo absolvit. Cum enim
non ita pridem Sacramento Cœnæ Dominicæ
usa esset, postmodum cœpit graviter decunbre-
re. Morbus vehemens, prostratis corporis vi-
ribus, etiam cerebrum corripuit & sensus turba-
vit. Tandem vero ad se rediens 10. die Decem-
bris inter 7. & 8. vespertinam placide, fusis piis
precibus atq; suspiriis animam exhalavit. Quid
huic virgini in soporem tam placidum, tam pro-
fundum collocatae, mali evenisse dicemus? Or-
phana erat, à fratribus longè dissipatis affæctu qui-
dem, uti pios facere par est, curata, effectu ta-
men, ut ita dicam, quotidiano, uti requirebat
necessitas, destituta. Calamitates magnas ex-
perta erat, pericula majora imminere, nisi Deus
Opt. Max. quod omnino speramus &
pië confidimus, avertat, videntur. His omnibus
exemta est, nihil horum quod metuat am-
plius habet, quippe extra teli jactum quod di-
citur, constituta, Imò fluentium aquarum,

strepit.

strepitus, immittit, ut Poeta dicit, ventorum
conflictus, copiosè & impetuosoſe ruens imber
ſomnum vel conciliare, vel juvare ſoleat. Quid-
ni hujus etiā defuncta noſtræ quietē gratiorem
ac dulciorem reddant hi fluctus calamitarum,
conflictus hostilium armorum & minaces peri-
culorum imbræ? Quamvis ne quid hujus gene-
ris eam turbare poſſet, ſedulò providerat. Ut
enim Pythagoræ Musicæ beneficio brutaſ &
ſubitiſ motibus obnoxiam animi partem ex-
cantare ac ſedare conſueverant: ita hæc noſtra
piè defuncta jam pridem ſacra harmonia verbi
divini compoſuerat, quicquid in ſe turbulentia
excitatū iri pro humana conditione putabat,
vel & metuebat. Dormientes negotiorum he-
riliū obliuſeuntur servi, compeditis vincula
ſomnus relevat, i vulnerum inflammationes,
ferinæ carnium depaſtiones ac dolores à ſopis
recedunt: ἦ φίλοι ὑπὸ θελυγητῶν, ἐπίκνεσθε νόσοις, ἡς
ἡδὺ μη περσῆθες εἰ δέονται! O grata ſomni, O dul-
cis oblectatio, Morbi opitulatrix, quam mihi
apto tempore ſuavis advenisti! Mutemus vo-
cem ſomni, & quod abſque duc̄ φημιa tamen fiat,
eius loco mortis vocabulum ponamus, quid
aptius hæc noſtra defuncta de ſuo iſto ſomno
prædicare queat? Lenimen eſt curarum, labo-
rum,

rum, dolorum; & quid me ~~wegina~~ ~~didoperov~~ gratias
datum; nec mollius quiescunt aut citius, qui
lectos ebore, auro & argento ornatos, qui plu-
mas sardanapali premunt, iisque se quasi sepe-
liunt, quam qui ~~xapuevvia~~ humicubationem ex-
ercent, aut ~~sibadi~~, temere congesto ex foliis le-
ctulo incubant. Ita ergo quiescentem hanc pie
& placide defunctam virginem, Cives Acade-
mici faustis & bene ominatis verbis prosequa-
mur, corpus ejus defunctæ ad honestā sepultu-
ram hodie hora 1. ex veteri Ictorū Collegio, ædi-
S. Petrinæ vicino, effertendum præsentes & fre-
quentes honoremus, ac salutem & incolumentem
nostram his tempotibus, quæ autem sint,
videmus & experimur, Deo Opt. Max. suppli-
ces commendemus. P. P. Rostochii die

14. Decembr. Anno 1638. sub
sigillo Rectoratus,





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777174480/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174480/phys_0013)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777174480/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174480/phys_0014)





strepitus, immittit, ut P.
conflictus, copiosè & in-
somnum vel conciliare, v-
ni hujus etiā defuncta no-
tac dulciorem reddant hi-
conflictus hostilium arm-
culturum imbres? Quamv-
ris eam turbare posset, se-
enim Pythagoræ Musica
subitis motibus obnoxia
cantare ac sedare consue-
piè defuncta jam pridem
divini composuerat, qui
excitatum iri pro humana
vel & metuebat. Dormie-
rīlum obliuiscuntur servi
sonus relevat, i vulnera
ferinæ carnium depastio-
nis recedunt: ἦ φίλοι ὑπε θε-
ῖδο μετασηλθες εν δεσμήσῃ! O
cis oblectatio, Morbi opis
apto tempore suavis adve-
cem somni, & quod absque
eius loco mortis vocabul
aptius hæc nostra defunct
prædicare queat? Lenime

ventorum.
ruens imber
olet. Quid-
gratiorem
lamitatum,
inaces peti-
hujus gene-
iderat. Ut
brutam &
partem ex-
hæc nostra
onia verbi
turbulent
ie putabat,
tiorum he-
tis vincola
mationes,
ires à sopi-
geor νέος, ἡς
ni, O dul-
uam mihi
temus vo-
amen fiat,
nus, quid
to somno
um, labo-
rum,



Patch Reference numbers on UTT
Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.